Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26218
Copyright: Admont, Benediktinerstift



55 Morietur in tempestate anima eorum. Quasi tranquilli namque uide
bantur uiuere cum de sanctitatis curarent laude gaudere. Sed
tempestate subita anima moritur que humane laudis pes
sima tranquillitate letabatur. Plerumque subito inopina
ta tempestas omne quod aer serenum blanditur inmutat. Et
eo periculum uitari non potest quod nec potuit preuideri. Vn
de et simulatores qui uite custodiam negligunt in tempes
tate mori referuntur. Hic quippe eos turbo subitus in
terne percussionis eicit. Quos arrogantia externi fauoris ex
tollit. Et dum complectuntur in laude quod non sunt repente
inueniunt in ultione quod sunt. Bene autem per salemonem dicitur:
Quomodo probatur in conflatorio argentum et in fornace aurum.
sic probatur homo ore laudantis; Laus quippe sua ius
tos cruciat. iniquos exaltat. Sed iustos dum cruciat pur
gat. iniquos dum letificat reprobos monstrat. Illi enim
sua laude pascuntur. qua auctoris sui gloriam non querunt.
Illi autem qui auctoris sui gloriam querunt sua laude cruci
antur. ne non sit intus quod foris dicitur. ne sic etiam quod dicitur: an
te oculos dei ipsis fauoribus uacuetur. ne humana laus
robur mentis emolliat. eamque in sui delectatione pro
sternat. Et que ad augmentum debet esse augendi operis
iam retributio fit laboris. Cum uero sua preconia in dei
laudem tendere sentiunt. ea etiam desiderabiliter
amplectuntur. Scriptum namque est. Videant opera uestra
bona. et glorificent patrem uestrum qui in celis est.
Viam quoque se hominibus faciunt. quotiens in se aliquid quo
deus cognoscatur ostendunt. quia non student in se huma
nam laude figere. sed querunt eam per se medios ad auctorem glorie
pertransire. Arrogantes autem humanis laudibus mol
lia corda prosternunt. quia suis amoribus corrumpuntur.